Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

No igratus agit toga rara mens ... gera ·
Mores ingenue salubre corpus
prudens simplicitas pares amici.
Ambrosius de officijs · libro · ij · Vitaz beatam efficiunt
tranquillitas consciencie et securitas innocencie
Augustinus i epigramatibus prosperi · Epygramate · lxb ·
Quietiores sunt boni quam mali Idem lxxx ·
Epigramate · bona consciencia tranquillum facit animum ·
Prudencius de Sicomachia · ca · bij ·
Summa quies nil uelle super quod postulat usus ,
debitus ut simplex alimonia uestis et una
Infirmos recreet , tegat mediocriter artus
Expletum modum non ...
Prosper sub ultimo epigramate ·
In fontem uitam pacis amator agit ·
Contentus modicis uiuit sublimis hic ...
Cato · ca · iij ·
Quod nimium est fugito · paruo gaudere memento ·
Tuta magis puppis est modico que flumine fertur ·
Claudianus · libro · primo ·
Viuit exiguo melius · non beatos
Quibus esse dedit sciunt cognouit uti
Boecius de consolatione · libro · ij · ca · bij · Continuus timor non sinit esse felicem ·
Cassiodorus epistolarum · libro · primo epistola prima ·
Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas in qua et populi proficiunt et utilitas gentium custoditur · Hec enim bonarum arcium mater hec mortalium genus reparabili successione multiplicat · facultates protendit mores excolit , et tantarum rerum ignarus agnoscitur , qui minime quesisse sentitur · Idem · libro · b ·
Epistola · xxxbiij · Illa uita uere hominum est que pacis ordine continetur · Nam belluarum ritus est sub casu uiuere Idem · libro · xj · epistola · bij · Amate quietem ·
Gregorius in pastorali · ca · ix · Quid est potestas culminis , nisi tempestas mentis ? in qua cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur · huc illuc incessanter impellitur , ut per repentinos excessus oris et operis quasi per obuiantia saxa frangatur ·
Isidorus in sinonomia soliloquorum libro · ij · ca · xxbiij ·
Magnus nunquam uidetur pudens Idem xxxbiij ·
Bona uita gaudium semper habet ·
Versificator fabularum esopi fabula · xxij ·
Quam timor obmibuit non est sincera uoluptas
Nec est solicito dulcis in ore fauus ·
Uidere malo faba , quam rodi pectore cura ·
Degeneare cibos cura diuina facit ·

Hugo de sancto victore i didiscalo in phemio · Summum
in uita solamen est studium sapientie ·
Idem in compendio phye in phemio · Summum solamen animorum exercitatio sapientie ·

liber tercius prime partis · Iste tercius liber prime partis tractat de naturalibus et de pertinentibus ad eas partes sub his titulis Et primo de naturalitate et consideratione moralium · Capitulum primum ·

Job ystorie · ca · xxbiij · habet argentum uenarum suarum principia et auro locus est in quo conflatur · ferrum de terra tollitur , et lapis solutus calore in es uertitur ·
In genesi · ca · iij · Sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua ·
Aristoteles ethy · libro · bj · ca · ix · et fi · Omnibus uidentur singulis morum existere naturales ·
Idem magnorum moralium · libro · ij · ca · xxb · difficulter mutabilia sunt naturalia quam ex consuetudine ·
Consuetudo alia consuetudine repellitur ·
Oracius i epodo · libro · primo · ca · iiij ·
Licet superbus ambules pecunia ,
Fortuna non mutat genus ,
Idem epistolarum · libro · primo epistola · xij ·
Nam mutare pecunia nescit ·
Ibidem · epistola · xj ·
Celum non animum mutant qui trans mare currunt ·
Tullius de diuinatione libro · ij · et fi · Quis non uidet sortes et mores , et plerosque status , ac motus effingere a parentibus liberos quod non contingeret , si hoc ius et natura gignendum efficeret , sed temperatio lune celique moderatio ·
Seneca de ira · libro · ij · Nam mutare difficilimum est ·
Idem epistolarum ad lucillum · libro · ij · epistola · Nulla sapientia naturalia corporis aut uicia deponuntur quod infixum et ingenitum est leniuntur arte non uincuntur · quecunque attribuit conditio nascendi , et corporis temperantia . Cum multum se diuque animus se composuerit herebunt ·
Valerius maximus libro · b · ti · de pietate · doctrina proficit , ut politiora non ut meliora fiant ingenia , quam quidem solida uirtus nascitur magisque fingatur ·
Maximianus ·
Quod natura negat , reddere nemo potest ·
Cassiodorus epistolarum · libro · iij · epistola · xxbiij · Repugnante natura quelibet cedit industria · Idem libro bj · epistola · xj · non coalescunt spauesa semina ...

no ·